Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2461

Quelle:
Copyright:

fratrem Bartholomeum ſacre theologie profeſſorem priorem domus cartuſienſſ. ordinis in ruremunda compilatus. Quod falſarius quidam delere niſus eſt.

XXVII. *fol.* 264. Sermo ad Clerum in illud: *Adaperiat cor veſtrum in lege ſua* &c. II. *Maccab.* 1. Initium: *De ſacra machabeorum Hiſtoria breviter coram dignitatibus* (veſtris) *patres honorandiſſimi verba propoſita ſunt* &c. Nihil diſſimulat, neminem palpat Orator. Inter alia: *Amplius ſunt inter paſtores et confeſſores quidam ſacrilegi legata ad pios vſus in ſuum conuertentes abuſum. Vnde et hec colonienſis fabrica perſepius defraudatur.* Hinc Locus innoteſcit.

XXVIII. *fol.* 272. p. 2. Oratio habita, dum tres Theologiae Doctores crearentur, in illud: *Inuenient te tres viri aſcendentes ad dominum. I. Reg. 10.* Initium: *Ad te glorioſa ſacre theologie ſapientia ſermo hic dirigitur* &c. Tota allegorica de tribus Hoedis, tribus Tortis Panis et una Lagena Vini.

XXIX. *fol.* 277. Adparatus pro Sermone de ſex Virtutibus *Jeſu Chriſti*, in illud: *Induimini dominum Ihesum chriſtum. Ad Rom.* Initium: *Sicut dicit b. auguſtinus in quodam ſermone de aduentu domini. Ad conuiuium patris et filij et ſpiritus ſancti intraturi* &c.

XXX. *fol.* 286. Sermonum Hexas, quorum I. habitus ad quandam Congregationem generalem Religioſorum, Anno, ut fert ſubſcriptio, *domini M°. CCCC°. 15°. in craſtino ſancti georgij qui fuit pro tunc VIta feria paſche*, in illud: *Principes populorum congregati ſunt cum deo Abraham Pſ. 46.* incipit: *Honorabiles patres. Sane nobis conſiderantibus ſacrarum paſſus ſcripturarum* &c. II. Synodalis, in illud: *Ibunt hij in ſupplicium eternum, iuſti autem in vitam eternam. Matth* 25. incipit: *Venerabiles et ewangelici viri* &c. *ad veſtras circumſpectas dignitates licet inſufficiens a Domino Officiali curie Colonien. miſſus ewangeliſta* &c. III. de Caritate, in illud: *Super omnia autem caritatem habete* &c. *Ad Coloſſ.* 3. incipit: *Dicit Gregorius: facile omne bonum virtutis temptacione cordis irruente deſtruitur* &c. IV. de Eadem, in Idem incipit: *Loquere filiis iſrael ut proficiſcantur* &c. V. de Cogitationibus Dei et Hominum, in illud: *Ego cogito cogitaciones pacis.* Incipit: *Eſt introitus preſentis dominice et ſumitur ex Ieremia c. XXIX. Vbi aduertendum quod cogitat homo peruerſus, cogitat homo iuſtus, Cogitat deus* &c. VI. de Aſſumptione B. V. M. in illud: *Multe filie congregauerunt diuicias* &c. *Prov. ult.* incipit: *Verbum iſtud exponitur de beata virgine* &c.

XXXI. *fol.* 319. Dicta *Petri de Palude* Ep. *Pariſien.* in Tract. *de Poteſtate Papae* adplicata ad Schiſma inter *Gregorium* XII. et *Alexandrum* V. *Iſte valens doctor*, alt Noſter, *qui compoſuit hunc tractatum iam forte ſunt elapſi centum anni uel ultra ita clare loquitur de preſenti ſciſmate et informat nos ac ſi eſſet preſens.* Tuetur porro *Gregorium: Nec deus voluit poteſtatem tollere ab Urbano* (VI.)